



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Virtutes quonam sint pacto acquirendæ: Humilitas vt sola humiliatione obtineatur: Puritas cordis quam sit necessaria, quomodo item obtineatur.
Cap. XXXIV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45857)

rum, à cachinno, & ab omni verbo infructuoso districtissime abstinere. Dulcedinem charitatis in pectore, & dulcedinem vocis in ore, quando oportet loqui, studiosissime seruire. Cor semper ad humilitatem, ad mititatem, ad abnegationem quoque extremam, diligentissime præparare. Firmissimum pactum sibi constituere ad cauendam omnem contentionem & disputationem, ad extirpandamque quamcumque cordis proprietatem: & ad hæc semper se præparare, violentiamque sibi inferre. Pro nulla re penitus quantumcunque aduersa, querulari, aut aliquo verbo mentionem facere super huiusmodi re, quod sibi onerosa sit (si tamen in huius sufferentia non incidat peccatum) nec ullam pati in se remurmurationem cordis. Omnes cogitationes, non solum malas spiritua-

Cogitationes
spirituali patri
reuelandas.

*Virtutes quoniam sint pacto acquirenda: humilitas, ut sola humili-
atione obtineatur puritas cordis, quam
sit necessaria, quomodo item obti-
neatur.*

CAPVT. XXXIV.

Sancti docuerunt virtutes assequendas à Deo per sui desperationem, hoc est, Virtutes
venihil eorum quis omittat quantum attinet ad se, oret, conetur, proponat, quomodo
propositumque restauret, plangat negligencias, fugiatque malorum occa-
siones. Et cum omnia tamen fecerit, de suis exercitijs, conatibus atque laboribus
fuit.

cunctis desperet: ita tamen, vt nequaquam eadem deferat, aut intermitat, sed que feiat quidem eadem à se requiri, nihil tamen sibi in ijs promittat profuerunt, nisi sua misericordia Deus ipsius misereatur, illique donet hoc pro quo orat, conatur & laborat. Quamobrem, quando correctionem emendationemque morum, instaurationemque propositi tui renouas, non ita proponas quasi iam sciens aut sperans te hoc propositum post hac perfecturum: Nec confidas tibi propterea quod iam hoc aut illud didiceris ante ignoratum, aut quod auxilium hoc illud ve siue donum à Deo incertim susceperis, ante non habitum, ve in eo lateris, confidas, aut super quo innitens propositum tuum nunc solito validius te seruatorum tibi promittas. O pauper & miser, omnia hæc, nisi Deus tibi affuere &que subministrat, parum te iuuabunt, quando ad rem ventum fuerit, vbi pro virtute agendum sit, hoc est, quando tuis viribus niti coeperis, licet vehementissime diuino sit auxilio intendendum. Nam infirmitas, inopia spiritus, malique consuetudo tua nimis magna sunt, ad id vt ne leuè quidem tentationem superare possis, idque propterea vt vereor maximè, quia nondum plene despecti de te, vt pure in diuina speres misericordia, sed adhuc aliquid de tua confidit industria. Propterea propono quidem, quantum potes, & nihil omittes honorum studiorum, nullam industriam negliges, verum tamen in ijs nihil, sed in solo Deo confide. Non dicas Domino: Domine Iesu parce mihi, ego volo meliùs emendare. Non credas voluntati tuæ, quia fallax, instabilis, mentiens, & infirma est: sed dic humilius quando aliquid boni proponis: Domine Iesu ignosce mihi & miserere mei. Da mihi gratiam tuam, & misericordiã, vt hoc vel illud possim corrigere, aut perficere. Aut ita: Domine, spero in misericordia tua quod iuuabis me, faciesque vt hoc vel illud mali deinceps non agam. Et sic propone bonum in sola confidentia diuinæ protectionis, diuinique auxilij. Tria sunt tibi maxime necessaria. Primum & præcipuum est, humilitas. Si enim dona & gratias Dei aut recipere aut retinere desideras, omnino te esse humilem oportet. Totum igitur tuum studium sit, vt te humilies. Certus tamen cito in te haudquaquam venturam humilitatem, nisi præcedat humiliatio, quomodo virga quoque non efficitur curua, nisi præcesserit curuatio. Et idè vndique quaere modum & occasionem erga Deum & homines, te humiliandi. Te ipsum vilifica, nihilitatem & impossibilitatem tuam, instabilitatem, tarditatem proficiendi, negligentiam pronitatem ad malum, infirmitatem pugnandi contra inimicas cogitationes incertitudinem gratiæ præsentis & futuræ considerans, quid denique hodie aut cras futurus sis, & similia, sollicite ante oculos pono. Videbis quam nihil sani, nihil integri, nihil in te veri perfectique sit boni. In omnibus autem semperque te reprehende, nihil indiscussum in te sinens abire, & penitus de te, & de omni industria tua despera, in Domino solo confidentissime sperans. Semper te quoque accusare necesse est, & maximè in principio orationis, antequam, aut quando petere volueris aliquid à Domino, quo cor tuum defixum sit in tua abyssalis vilitatis cognitionem, & hinc secure ad orandum procedat. Ad proximum similiter, occasionem & modum te humiliandi expedit vt quaras, quo cordi tuo introducat humilitas, scilicet venerando, assurgendo, parumque loquendo coram alijs. Ad humilitatem pertinet quoque nullius sermonem interrompere, neminem velle docere, neminem accusare, nulli detrudere, nunquam contendere, nunquam disputare. Contemptum, iniurias, in-

Propositum bonum in sola confidentia diuini auxilij faciendum.

Virutes tres maximè homini necessariae quæ.

Humiliatio quam necessaria humilitati acquirenda. Humiliandi se erga Deum & homines occasio quaerenda vt sit. Pro. 15.

Humilitatis effectus qui.

VI
6

pationes, iudicia, suspiciones, & huiusmodi, tacendo sustinere: si nocuisti, humiliter veniam petere: si innocens es, omnia praedicta quasi dissimulando, serena facie & tranquillo corde nihil curare, neminemque propter hoc odisse. Quamcumque enim quis inferat, intuleritve iniuriam, cogitatio rancoris, ubi ubi & quam cito senseris tanquam fornicationis est abiicienda & propulsanda. Ergo omnes homines ante & post tui increpationem, aut contumeliam, ac si tu non fuisses, aut non intelligeres quid d. & tu sit, imò quasi nihil tibi factum sit, debes te exhibere. Ad humilitatem pertinet, nullius dicta aut facta discutere, sed simplici oculo transire, ac si non vidisses. Siue enim perfectum hoc, an defectuosum sit, quid ad te? Nihil te huiusmodi negotijs intromittas. Multum praeterea valet ad obtinendam humilitatem continuè seipsum ad displicentiam, atque ad odium sui exercere, nihilque in se irreprensibilem sustinere. Item firmissimū pactum cum corde suo facere, nunquam, ut vlli hominum placeas, studere. Secundum est, cordis puritas, ad quam per vigilantem custodiam atque sollicitam omnium scilicet affectionum & sensuum peruenitur. Oportet enim sic te super cor tuum vigilare, ut non solum malas, aut noxias, sed etiam quasunque cogitationes inutiles, infructuosas, pro temporeque & loco impertinentes, licet alioqui bonas, tuotamen proposito non congruentes, ex corde à principio radicitus abijcias. Hic autem erit scopus tuus in quem tendas, ut liber, tranquille, cor tuum cum omnibus affectionibus tuis abstractum, ab omni re quae est extra Deum, sursum eleuatum habeas, aut eleuare possis per orationes & desideria ignifera actualiter, quotiescunque libet, ad Deum, ut nihil sit quod te liget, retrahat, aut impediatur à Deo, nihil quod mediet inter te & Deum. Cuicumque rei visibili seu omni creaturae in quantum te non ducit in amorem Dei, omnino renuncies atque valescias. Pro nulla re penitus curam aut sollicitudinem inutiliter geras. Contra vitia, desideria & affectiones illicitas vigilantissime pugnes, & ipsa occidas. Quicquid ab alijs dicitur, aut operatur, quod te non trahit ad meliora, tanquam non dictum aut factum reputa, ut sic veluti iam extra mundum imò extra te ipsum insensibilis, & mortuus, nihilque scias nisi Iesum. Hunc semper inspicias, in exemplum ipsius vitam tibi praeponas, & extra ipsum nil sentire velis. Ad cordis puritatem multum iuuat sollicita sensuum tuorum custodia, ut nihil videre, audire, habereque velis in necessarium, aut vnde spirituale lumen non speraueris, & si quicquam videris siue audieris eiusmodi, mox ab initio cohibeas, ne illius rei species aut phantasia tibi imprimatur. Porro si recepta fuerit, eandem mox iterum eijcias, nec vilo modo dicta, facta, visa, audita, atque huiusmodi inutilia (maximè si defectus fuerint alieni, aut cordi tuo molesta (ut sunt contumelias & intrepationes) in mente tua recogites. Sed quaeque huiusmodi euenerint, siue Lata sint siue tristia, tanquam folia in vento volantia non aduertas. Tertium, est charitas fraterna, cui nihil praeter Deum antefendum est. Sine hac charitate prorsus nihil habes, quicquid habes, De hac supradictum est factis.

Humilis debet sibi ipsi displicere.

Puritas cordis quomodo obtineatur.

Sensuum custodia puritati cordis necessaria.

Hic